

CONRADVS HANSTENVS MILES.



Conradus ex honesta familia natus, & in omni genere uirtutum educatus est. Is cum adoleuisset, humorum studia respexit, & principum ac regum extra sequendo re' militaris magnam sibi peritiam comparauit. Id cum Philippus Landgravius Hassiac cognouisset, eum plurimum dilexit, & inter suos consiliarios admisit. Interea Philippo bellū cum Heinrico Brunsuicense exortum. In eo Couradi opera uifus, rem ex animi sententia conficit, & principem Heinricum in captiuitatem rededit. Cum enim Brunsuicēsis instructis copijs 1545 appropinquaret, Landgravius intempesta nocte octo cohortes equitum, & peditum circiter duodecim millia, cum tormentis, ductore Hansteno præmittit, ipse uero cum reliquis copijs subsequitur. Ibi Conradus prope hostem in loco altiori substitit, & prælio decertare incipit. Itaq; parta uictoria, & principe Brunsuicencō capto, Conradus apud omnes sibi magnum nomen comparauit. Sleid.lib.16.